



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Virgo Lavretana Commentariis Illvstrata Sive Compendiosa Explicatio Litaniarvm Lavretanarvm

Dript, Laurentius a

Nevhsii, 1673

Reverendissimo Praenobili Domino, D. Francisco Baroni Renesse de Baer,

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-43641

REVERENDISSIMO PRAENO-
BILI DOMINO,
D. FRANCISCO
BARONI RENESSE de BAER,
Imperialis & exempti Monasterij
Corbejenfis Priori dignissimo.

Reverendissimi & Celsissimi Prin-
cipis Monasteriensis, ut Administratoris
Corbejenfis Consiliario intimo, Domino
Patrono suo honorando.

Reverendissime Pater, Praenobilis Domine.

Post Beatissimam Matrem
Virginem, cui primario scri-
ptus & inscriptus, tibi ejusdem
non infimo clienti, & amatori cu-
jus unius favore lucem videt & in
publicum prodit, se sistit hic tra-
ctatulus: ut in fontem, unde flu-
xerunt per gratitudinem flumina
refluant, repetantque suam origi-
nem,

nem, ut tantò amplius se diffun-
dant: sisque Tu cujus gratia typis
datur, post Deum, ejusque Virgi-
nem Matrem, illius Alpha, & O-
mega, principium & finis: nec so-
lum, sed & incomparabilis thesau-
rus, quò qui usi participes facti
sunt amicitiaè Dei, cæli terræque
Imperatrix, & Regina, in, & cum
ipso tibi se exhibet, ut quas hacte-
nus experta est tui erga se amoris
flammas, ipsa nigra, sed formosa,
in albo, & nigro, hic coram te de-
picta, specie & pulchritudine sua
inter filias hominum speciosissi-
ma, foveat, alat, augmentet, & in
subditorum tibi corda accendat.
Ut proinde à tam pia Matre, à tam
formosa, sed castissima Virgine
redameris, ama, & amplius ama:
modum vis amoris? is teste Ber-

) (5

nar-

nardo est diligere sine modo. Re-
spice quàm diligit, & amplius dili-
gere concupiscit anima tua, facef-
fat propter eam, cujus pulchritu-
do omnem mundi & rerum crea-
tarum pulchritudinem excedit,
cujus intuitus à peccato retrahit,
libidinisque flammam extinguit,
omne mundanum amabile. Sem-
per,

Respice stellam, voca MARIAM.

Si insurgunt venti tentationum:

Si scopuli tribulationum:

Si jactaris superbiæ ambitionis,
detractionis undis:

Si iracundiâ, aut carnis illecebrâ
naviculam concusserit mentis:

Si barathro incipias absorberi
tristitiæ, desperationis abyfso.

In periculis, in angustijs, in rebus dubijs,
MARIAM cogita, MARIAM invoca.

Respice Stellam,
Voca MARIAM.

Non

Non recedat ab ore : non recedat à
corde. Et ut impetres orationis ejus suffra-
gium , non deseras conversationis exem-
plum.

Ipsam { Sequens non devias,
Rogans non desperas,
Cogitans non erras.

Ipsa { Tenente non corruis,
Protegente non metuis,
Duce non fatigaris,
Propitiâ pervenis.

Ut cujus amorem concupiscis , se tibi
Matrem misericordiæ monstret, & quam
hic coram per speciem & in ænygmate in-
tueris , revelatâ facie in omnem æternita-
tem contemplari merearis : Quod tibi &
sibi ex animo vovet.

*Reverendiss. et Prænob. Amplitu-
dinis tuæ, et tuorum*

Devotissimus Confrater & servus

Laurentius à Dript.